

zu Blatt

003

001

007

012

Ende

Anfang

2

(o)

Plurimùm Reverendo, Religiosissimo, ac Clarissimo Domino
MICHAELI KUEN,

Celeberr. & Exemptæ Canoniæ S. Michaëlis Arch-Angeli Cann. Regg. S. Augustini ad Insulas Wen-
genses Decano dignissimo,

Domino ac Patrono suo colendissimo.



Ittorea positi, Tefti Wengensis, in Ulma

Alter Qui meritò Rector, Amórque viges;

Prima Tagaltæ Laus, & Spes summa Phalangis,

Primáque laus Clarii, spes quoque summa gregis.

Dextera fidere, fortissima dextra Quiritis,

Quo pugnante stetit caufaque, r̄sque Dei!

Ecce *Tiberiadis* * modulos, carménque Thaliæ,
(Ipſa ſuum carmen Musica quippe facit)

Sit Tibi, ſi pateris, Cura hæc, Labor iſte dicatus,
Et tua fit mecum res, fit & arrha mei.

Miraris? ſpem præter, ais, meritumque dicari
Hos tibi discordes, unanimēſque fonos.

Spem præter? credo: Virtus nil sperat honoris,
Nec meritum in merito repperit illa ſuo.

Repperiunt alii: reperit, commendat, honorat,
Hoc qui composuit *candidus* Author Opus.

Vis Mecænatem redivivum ſcribere Roma?

Scribe hunc Wengensem, ſcribito, Roma Virum.

Davidem Jonathas non dignatus Amicum eſt,

Ejus forte minor, dicor Amicus ego.

Muturgos inter cœpi quòd nomen haberi,

Páſque in Phonologo non quoque nulla choro,

Hoc Tibi, ſi nescis, Vir maxime, debeo: curæ

Hoc quodcunque tuæ eſt, eſt & amoris Opus.

Tu mihi ſubſidium limandæ ſedulus artis

Præbueras, Wengæ cùm propè civis eram.

Te fine naſcentem vix audiretur ad Iſtrum,

Quæ nunc Teutoniam per mea Muſa ſonat.

Tu fax ingenii, tu noſtri flamma Laboris,

Tu, veṇam nobis qui reſeraret, eras.

Ergo Tibi patiare meam ſacram eſſe Thaliam:

Guttula ſit Pindi; Hæc, alteraque *Unda* tua eſt.

Præſide Te vigeat Digiſti Discordia concors

Concordes quām ſint, & ſinè lite pedes.

Cefareas admittit preces, admitte Labores,

Atque tui partes *Cefaris* uſque fove.

Author.



* S. Tiberius M. Patronus Marchtallenſis.